

folio

lix.

misse alta voce et deuotionissime inceperunt. et
 ceteri qui in choro erant prosequerantur.
 Cum autem ad oblationem ventum fuisset: regina
 virginum et alie virgines cum alijs qui erant
 in choro cereos suos sacerdoti ut moyses et
 flexis genibus obtulerunt. Cum autem sacer-
 dos illam matronam expectaret ut sibi cere-
 um suum offerret. et illa ire nollet: misit ad e-
 am regina virginum pnuicium quod rusticitate
 faceret: quod sacerdotem faceret tam diu ex-
 pectare. Illa autem risit: quod sacerdos in missa
 sua procederet: quod cereum suum sibi non of-
 ferret. Tunc iterum regina alium nuncium mis-
 sit cui similiter illa risit: quod cereum sibi datum
 penitus nulli daret sed illum ex deuotione
 teneret. Regina autem virginum nuncio pre-
 cepit. di. Uade et iterum roga eam ut cere-
 um offerat. si uero ipsum de manibus eius vio-
 lenter auferas. Cumque nuncius inisset et il-
 la rogante audire recusaret: dixit se in manibus
 datis habere ut ipsum ab ea uolenter au-
 ferret. Tunc ille cum magna uolentia cere-
 um cepit: et ipsum auferre conabatur. Illa
 autem forius tenebat et se uiriliter defendebat.
 Cumque longa fieret altercatio et cereus hinc
 inde uolentius traheretur: subito fractus
 est cereus et medietas in manu nuncij et alia
 medietas in manu ipsius domine remansit. Ad
 hanc igitur uehementem fractionem illa subito
 ad se redijt: et se iuxta altare ubi se posuerat
 inueniens: cereum fractum in manu sua re-
 perit. De quo ualde admirans in melas gra-
 tias beate marie uirgini reddidit. que eam
 sine missa illa die remanere non permisit: sed
 tali officio se interesse fecit. Illa autem cereum
 diligenter reposuit: et pro maris reliquijs
 reseruauit. Sed et oes ut dixi qui tunc tange-
 bantur de eo a quacumque tenentibus in sic-
 mitate pronitus liberabantur. **Q**uedam
 alia matrona dum esset grauidas: quadam no-
 cte in somnis uidit se portare quoddam uerum
 illum quod colore sanguineo erat tinctum.
 Euigilans autem continuo sensum amisit.
 Quam diabolus a reo ludificabat ut uide-
 reat sibi quod christi fidem quam actenus habue-

rat inter mamillas haberet et inde continuus
 exiret. Que cum nullatenus curari posset
 in quadam ecclesia beate marie uirginis in
 festo purificationis pnoctauit et integram
 sanitatem recepit.

De nomis interpretatione

Blasius dicitur quasi blandus. uel Blasi-
 us quasi belasius. a bela quod est ha-
 bitus et syoz. i. puulus. fuit enim blandus per
 dulcedinem sermonum. humilis per habitum
 habitus per habitum uirtutum. puulus per
 humilitatem morum.

De sancto Blasio

Blasius cum in
 omni mansuetudine et sanctitate
 polleret. christiani eum in sebastia ciuitate ca-
 padocie in episcopum elegerunt. Qui episcopatum sus-
 cepto ob dyocletianum persecutorem spelicam
 petijt. et ibi heremiticam duxit uitam. Cui
 aues pabulum afferebant: et fere ad eum uen-
 niter confluabant. Et dum illis impone-
 ret manum et benediceret eas non recedebant
 ab eo. Denique si que infirmabant ad eum
 continuo ueniebant: et sanitate ad integrum
 reportabant. Preses igitur illius regionis agri-
 colanus uole dum milites suos ad ueniam
 domini misisset. et illi in uanum alibi laborantes:
 et casu ad anticum beati Blasij uenissent:
 magnam ibidem bestiarum multitudinem asse-
 rum ipse instanti repperit. Quas dum nullate-
 nus cape possent: a tonitruo suo domino beatus
 clauerunt. Qui statim milites plures misit
 et ut ipsum cum oibus christianis ad se adduce-
 rent precepit. In ipsa autem nocte ter ei
 christus apparuit dicens. Surge et offer
 mibi sacrificium. Ecce autem adueniunt mi-
 lites dicentes. Egredere uocat te preses.
 Quibus respondit Blasius. Bene ueni-
 stis filij. Hunc uideo quia deus non est ob-
 litus mei. Pergens uero cum eis nunquam
 a predicatione cessauit. et coram eis multa
 miracula fecit. Tunc mulier quedam filium
 suum morientem: in cuius guttore os
 piscis transuersum erat: ad pedes eius attulit.

g i